

tations qu'ait faites Godefroi, soit aux croisés, en qualité de général de leur armée, soit à ses sujets, en qualité de souverain, on ne nous a conservé que celle qu'il fit au siège d'Antioche, lorsque toutes choses paraissant désespérées pour l'armée chrétienne, elle était sur le point de le lever. Nous en sommes redevables à Guillaume de Tyr, qui a eu soin de la faire entrer dans sa belle Histoire de la Croisade (68), honneur qu'il n'a pas fait à tant d'autres, rapportées par les autres historiens. Cette harangue est courte, mais pathétique, puissante en motifs, pleine de traits de piété et de grandeur

(68) Will. Tyr. l. v, n. 5.

d'âme. Elle eut son effet, en inspirant aux croisés un nouveau courage, et les portant à faire de nouveaux efforts, qui furent suivis de la défaite des infidèles et de la prise de la ville.

Le style de cette pièce, et celui de la lettre qui est particulière à Godefroi, montrent que leur auteur parlait latin assez purement, et même avec une certaine élégance pour son siècle. On voit la même chose par trois ou quatre chartes qu'on a de lui, en faveur d'autant de monastères : supposé néanmoins que ce soit lui-même qui les ait dictées.

## GODEFRIDI REGIS

### EPISTOLÆ.

#### EPISTOLA PRIMA.

PRINCIPIS ANTIQCHÆ AD GODEFRIDUM BOEMUNDI.

(Anno 1096, Mai.)

*Ut Græcorum versutiam et dolos caveat.*

[WILL. TYR. l. II, n. 10.]

Noveris, vivorum optime, quod tibi contra feram pessimam et cum homine nequam incumbit negotium, cujus propositum est semper fallere et omnem Latinorum nationem usque ad mortem modis omnibus persequi ; et quod de eo recte sentiam, tuo quoque aliquando approbabitur judicio. Novi enim Græcorum malitiam et odium adversus Latinorum nomen pertinax et obstinatum. Cede ergo, si placet, urbe relicta, ad partes Adrianopolitanas, vel circa Philippopolim, et legiones tibi a Domino commissas, in locis uberibus, alimentis et otio præcipe recreari. Ego autem, auctore Domino, circa veris initium festinus adero, consilium et auxilium fraterna charitate, tanquam domino meo, contra impium Græcorum principem ministraturus.

#### EPISTOLA II.

GODEFRIDI AD BOEMUNDUM.

(Anno et mens. eod.)

*Ad præcedentem responsoria.*

Novi, dilectissime frater, et fama referente pridem edoctus sum quod odio inexorabili Græcorum astutiæ populum semper nostrum persequi ardentissime studuerunt, et si quid mihi defuit prius ad scientiam, quotidie per experimentum addisco plenius ; nec dubito quin justo zelo adversus eos movearis, et de eorum nequitia recte sentias. Sed Dei timorem habens præ oculis, et propositum meum considerans, arma infidelibus debita in populum convertere Christianum reformido. Adventum tamen tuum nobis desiderabilem, et aliorum principum Deo devotorum præsentiam avidissime Deo amabilis, qui nobiscum est, expectat exercitus.

B

#### EPISTOLA III.

BOEMUNDI, RAYMUNDI S. ÆGIDII, GODEFRIDI, ROBERTI COMITIS NORTHMANNIÆ, ROBERTI COMITIS FLANDRENSIS, EUSTACHII COMITIS BOLONIÆ AD URBANUM PAPAM.

(Anno 1098, Sept.)

*De obsidione et expugnatione Antiochiæ.*

[Vide in Urbano II, Patr. t. CL, col. 551.]

#### EPISTOLA IV.

BOEMUNDI, RAIMUNDI COMITIS SANCTI ÆGIDII, GODEFRIDI DUCIS, ET HUGONIS MAGNI AD UNIVERSOS CHRISTI FIDELES.

(Anno 1098.)

*De pace inita cum imperatore Constantinopolitano, deque victoriis ab exercitu Christianorum reportatis in Turcas.*

[MARTENE, *Ampliss. Collect.*, t. I, p. 568, ex ms. monasterii S. Theoderici.]

BOEMUNDUS, filius Roberti, atque RAYMUNDUS, comes S. Ægidii, simulque GODEFRIDUS dux, atque HUGO MAGNUS, majoribus et minoribus totius orbis catholice fidei cultoribus vitam adipisci perpetuam.

Ut notum sit omnibus qualiter inter nos et imperatorem facta sit pax, et quomodo in terra Sarracenorum nobis postquam illuc venimus evenit, dirigimus ad vos hunc nostrum legatum, qui omnia quæ apud nos facta sunt vobis per ordinem diligenter edisserat. Primum dicendum est quod imperator medio mense Maio dedit nobis fiducias atque securitatem cum juramento, dando etiam nobis obsides, scilicet nepotem atque generum suum, adjungensque in his quod nemini peregrinorum S. Sepulcri contumeliam amplius inferre conaretur. Postea misit proprium suum... per omnem terram suam, dirigens eum usque ad Duratium, jussit ut aliquem peregrinum tangere in malo nemo ausus esset. Quod si quis hoc infringeret, suspendii pœnam illico

digne sibi. Quid plura? modo revertamur ad ea quibus maximo gaudio vestra repleti debent corda. In fine vero mensis Maii praelium cum Turcis fieri stabilivimus. Illos autem Deo gratias devicimus. Ex illis autem procul dubio in ipso praelio xxx millia mortua sunt, ex nostris vero tria millia in pace defuncta sunt, qui sine dubitatione ulla vita gloriantur aeterna. Ibi certe innumerabiliter copiam auri et argenti atque pretiosarum vestium, nec non et armorum omnes nos recuperavimus. Nicæam quoque ingentem civitatem virtute forti comprehendimus, et ultra eam castra et civitates, et per decem dietas acquisivimus. Postea apud Antiochiam bellum magnum fecimus quod multum viriliter devicimus, adeo quod ex eis sexaginta et novem millia occisa sunt, ex nostris vero decem millia in pace defuncta sunt. Quis tale gaudium vidit? *Sive enim vivimus, sive morimur, Domini sumus* (Rom. XIV, 8). Ad hæc pro certo sciatis regem Persarum in festivitate Omnium Sanctorum nobis praelium se peracturum mandasse, asserens quod si nos devicerit, nullatenus cum rege Babyloniae et aliis pluribus regibus paganis super Christianos cessabit. Porro si perdiderit,

(69) Is erat S. Hugo, qui anno 1081, a Gregorio papa VII consecratus, paucis post annis S. Brunonem ejusque socios excepit, atque eis Carthusiae

se et omnes quos adungere poterit, Christianos futuros spondit. Unde vos valde precamur, ut inde jejunia, ac eleemosynas missasque assidue cum devotione faciatis. Specialiter autem tertium diem ante festum qui est dies Veneris, in quo triumphante Christo praelium potenter commissuri sumus, devote cum eleemosynis et orationibus observetis.

Ego Gratianopolitanus (69) episcopus has litteras mihi allatas Gratianopolim vobis sanctæ Turonensis Ecclesiae archiepiscopo et canonicis mitto, ut per vos omnibus qui ad festum convenerint innotescant, et per eos diversis partibus orbis ad quas redituri sunt, alii eorum justis petitionibus, orationibus et eleemosynis subveniant, alii vero cum armis accurrere festinent.

#### EPISTOLA V.

DAIMBERTI PISANI ARCHIEPISCOPI, GODEFRIDI BULLONII ET RAYMONDI COMITIS S. ÆGIDII AD PASCHALEM PAPAM.

(Anno 1100.)

*De victoriis ab exercitu Christiano in terra sancta reportatis.*

[Vide in Paschali ad an. 1118.]

solitudinem ad novum vitæ genus instituendum ibidem commisit. Præerat vero tunc Turonensi Ecclesiae Radulphus II.

## GODEFRIDI REGIS CONCIO AD MILITES CHRISTIANOS

*Ut pristinae virtutis memores obsidioni Antiochiæ insistant.*

(WILLELM. TYR., l. v, n. 5).

Si ita, ut nobis nuntiatum est, peccatis nostris exigentibus, Domino permittente, de dominis et fratribus nostris hostes nominis et fidei Christianæ triumphaverunt, nihil aliud restare video, viri illustres, quam ut cum eis moriamur, aut tantam Domino Jesu Christo illatam ulciscamur injuriam. Mihi, credite, quia nec vita, nec salus morte, vel quolibet ægrotudinis genere, charior est, si tantorum principum sanguis impune effusus est super terram; aut tanta Deo devoti populi strages maturam non invenerit ultionem. Videtur ergo mihi quod

C hostes de præsentis aliquantulum elati victoria, imprudentius se habebunt; et de sua virtute præsumentes, per nos ad urbem redire, prædara et manubias inferre non verebuntur. Nos ergo, si tamen, ita vobis videtur, hic simus parati; et justam causam foventes, de obtinenda victoria, in eo cui militare nos credimus, spem certam habeamus: et hostes, si per nos redire voluerint, in ore gladii, hostium more suscipiamus, injuriæ memores illatæ, et a paternis virtutibus non degeneres.

## GODEFRIDI REGIS DIPLOMATA.

*Præceptum Godefridi ducis pro cella Satanacensi* (70) — *Ecclesiam S. Dagoberti martyris, apud Satanacum sitam et ab Arnulfo comite occupatam, Gorziensibus monachis restituit.*

(Anno 1093).

[MARTEN., *Anecd.*, t. I, p. 162].

In nomine sanctæ et individuae Trinitatis, Patris,

70) *Stenai.*

D et Filii, et Spiritus sancti. GODEFRIDUS, divina propitiante gratia, dux et marchio.

Justum et utile nobis esse scire et considerare debemus: ut, quoniam sæcularis militiæ negotii occupati divinis intendere, prout expedit, nequaquam valemus, saltem Deo et sanctis peculiariter in monasteriis Deo servientibus consilium nostrum